

Am 1. Geistl. Anl.

1. 59.1.



73.
CHRISTVS
A CORRVTIONE IN MORTE
IMMVNIS HAC DEVICTA
AETERNVM VIVENS

COMMENTATIO ALTERA
AD
SACRA PASCHATIS
PIE CELEBRANDA
IN
ACADEMIA IENENSI
PROPOSITA



JENAE
LITTERIS MAVKIANIS.

CHRISTIAN
A CORRECTION BY MORTON

BY MORTON

BY MORTON

BY MORTON

BY MORTON

BY MORTON

BY MORTON

BY MORTON

BY MORTON





DEI GRATIA
CAROLVS AVGVSTVS

DVX SAXONIAE, IVLIAICI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE ET
GVESTPHALIAE, LANDGRAVIVS THVRINGIAE, MARCHIO MIS-
NIAE, COMES PRINCIPIS DIGNITATE HENNEBERGIAE, COMES
MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTA RAVEN-

STEINII, CAET.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS
MAGNIFICENTISSIMVS

GRATIAM IESV CHRISTI IN VITAM RESTITVIT
PRECATVR

CIVIBVS

Quod anno praeterito exponere orsi sumus, infigne Davidis de Messia ora-
culum, psalmo decimo octavo eiusque inciso decimo exhibitum, in priorū
illius, quod monstrauimus, parte Christi a mortuis reuocationem pro-
ponit, in altera eandem confirmat, dum corpus redemptoris exanimatum pu-
tredinis expers refert et his quidem verbis: **לֹא תִהְיֶה חֲסִידֶיךָ לְרֵאוּת שָׁחַת**
quae quum a variis interpretibus non vna eademque ratione sint exposita,
dabimus operam, vt certus constet effato sensus et, quae exhibetur, sen-
tentia accurate expendatur.

Prius vero quam ad rem accedimus, sua lectioni integritas vindicanda est,
qua vacillante, quae superfruitur, expositio dubia euadat et minus solida
necesse est. Sollicitatur illa in vocabulo **חֲסִידֶיךָ** quod, textus biblici litte-
ras si spectes, ante suffixum **ך** exhibet (*) tritam, in hac coniunctione plura-
litate notam, quibus quidem litteris, quae adposita sunt, puncta vocalia mi-
nus exacte respondent, quum omissionem litterae (*) efflagitent et de nu-
mero nominis singulari testentur. Duplex hinc prodit vocabuli lectio, quae
diuersum plane enuntiatio sensum conciliat. Priori enim admissa, sanctorum
plures corruptionem non esse visuros, psalmi auctor adfirmaret, quum po-
sterio-

steriori adsumta de solo haec perhibeat Messia, vnicuique cantici huius, quod dicunt, subiecto. Sunt quidem, qui rei vel hac ratione mederi volunt, quod litteram (ק) pro mero venditant (:): praemittendi indicio eamque matrem hoc loco, quam vocant, lectionis constituere, neque adeo pluralitatis notam, adfirmant; quandoquidem auctor punctorum, his adpositis, eam e vocabulo elidere neglexerit *a*). Sed punctum non ferire videntur, qui ita statuunt, interpretes. Talmudicis scriptoribus litteram (ק) schua praemittendi indicium esse, non negamus, quum plura testentur eorum exempla *b*). In litteris autem sacris id usitatum esse, vix ac ne vix quidem euinci poterit, neque id vocabulo nostro sine maximo ambiguitatis periculo accidisset. Incuria insuper eius, qui puncta vocalia adposuit, absque iusta hic accusatur ratione. Potiori itaque iure variam esse vocabuli lectionem dixeris, quam et Masorethae notasse videntur, quum in voluminis ora קוונות ponentes litteram hanc punctorum ratione redundare declarauerint. Promiscuum enim esse קרי marginalis et קרי quod ad litteras קוונות attinet, usum, vel ex eo patet, quod eiusdem formae exstantibus symbolis alii scripturae loco קוונות alii vero קרי in codicis margine adici solet *c*), vt adeo non rite se habeat *Houbigantii* opinio, qua, Masorethas, quam nota קוונות signarunt, litteram irreptuam a librariorum mendo profectam reputasse, perhibet. Quae igitur vtriusque lectio genuina sit, a scriptore sacro consignata, disquirendum est. Interpretum quidem haud pauci, qui Keri vbiuis vacillare textumque scripturae semper eidem praefereendum esse persuasum habent, litteram (ק) omnino retinendam suadent. Sed prius adfertum, quum extra dubium nequaquam sit positum, quandoquidem קרי וכתובין קריין plerumque variantes sunt lectiones et diuersis codicibus diligenter collectae et ad critices normam atque regulas diiudicandae *d*), quod plu-

a) vid. 10. LEONH. RECKENBERGERI progr. ad pl. XVI. 10. *b*) vid. Beza fol. 2. b. l. 16. עִסְיָנוּ occupamur, quo in vocabulo *Barienura* ad Mischn. Beza c. 1. th. 1. eadem verba excitans (*) omittit: *Beza* *barb* f. 17. b. l. 13. כָּל הָעוֹלָם כָּל בְּשֵׁמֵי הַחַיִּים אֲנִי מְבַרְכֶנּוּ omnis in uniuersum mundus cibatur propter Chaminam: *ibid.* l. 8. 9. 10. scribitur sine (ק) formae נְכוּוֹנִים *Isa* VIII. 4. *Tanid* f. 32. a. l. 22. לְמִירָה טוֹב טוֹב bonum est habitare l. 24. לְמִירָה לְגוֹר meus coram. *c*) vid. I reg. VIII. 26.

XXII. 13. *Ier.* XV. 16. coll. *Est.* X. 13. *psalm.* CXVIII. 14. *it.* Nahum. II. 1. coll. I *Sam.* XXII. 15. *it.* *iudic.* XVIII. 21. coll. *Ezech.* XVIII. 28. *Ier.* XXXI. 21. coll. *Ezech.* XVI. 22. 43. *conf.* *MATTH.* III. 1. *BERG* *arcan.* *Kethib* et *Keri* libr. 1. c. II. §. 3. p. 32. *seqq.* *d*) vid. SALOM. GLASSII *philolog.* *facr.* libr. I. tr. I. p. m. II. LAVR. FABRICII, *partit.* *cod.* *ebr.* c. III. p. 14. *ABB.* CALOVII *critic.* *facr.* *diatrib.* III. §. 27. p. 139. 10. *CHRIST.* WOLFFII *biblioth.* *ebr.* *part.* II. c. II. §. 34. p. 520. 10. *GOTTL.* GARZOVII *critic.* *facr.* *part.* I. c. VII. §. 6. p. 353. *seqq.*

ribus monstrare neque praesentis instituti ratio, neque descriptionis limites permittunt; posteriori, quod illo nititur, ut adslipulemur, et textus *συνάφεια* et rationes criticae prohibent. Messiam enim in hoc, quod exponendum summus, cantici commate suam profiteri post mortem in vitam restitutionem, ita ut in primo eiusdem enuntiato animi sui, in altero corporis rationem habeat, e superioribus constar. Insigniter haec confirmat PETRVS verbis e): *περιδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ χριστοῦ, ὅτι ἔκατελήφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ἄδης, εἶδε ἢ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν*, quibus, Davidem, cantici auctorem, in vtroque commatis enuntiato de Christi resurrectione loqui atque in priori *τῆς ψυχῆς*, in posteriori *τῆς σαρκὸς αὐτοῦ* mentionem facere et de hac quidem corruptionem negare, perhibet. Facile hinc patet, nomine *משיח* Messiam denotari adeoque (*) ante suffixum pluralium indicium, locum non inuenire; quod et res ipsa comprobat, quum Christo excepto sanctorum nullus post mortem corruptionis expers fuerit. Neque hic valet adfertum, pluralem numerum saepius de vnico perhiberi ad excellentiam illius denotandam, adeoque vocabulo hoc, cum pluralitatis nota instructo, Messiam rite notari. Canonem enim productum ad ea modo nomina, quae res denotant abstractas, nequaquam vero ad illa, quibus concreta signari solent, referendum esse, satis inter philologos constat, quum de posterioribus vsurpata haec loquendi ratio summam pareret ambiguitatem atque confusionem. Sed plura dantur, quae lectionem vocabuli nostri masorethicam commendant. In argumentis, quibus descriptionis controuersae iudicium nititur, non exigui momenti sunt externa, versionum pariter antiquarum atque vetustiorum scriptorum testimonia, in quibus priores istae vel unanimi consensu numerum nominis nostri singularem exhibent. Spectat huc *verso LXX* feniorum *graeca* τὸν ὁσίον σαρξ exhibens, nec non *chaldaica*, quam R. *Iosephus* saeculo post Christum natum quarto condidisse, communis fert sententia, itemque *syriaca*, ea nempe, quae simplex nominatur ex Ebraeo expressa atque satis, quod critici norunt, antiqua, pariter atque *vulgata* et *Hieronymi μεταφρασις*, quae quidem omnes de vnitatis numero nostri in ebraicis istius aevi codicibus obiuo testantur f). Sed rem fere conficiunt testimonia virorum *Geo. πνευστων* Petri atque Panlli g), qui aduersus Iudaeos pugnantes in eo, quod tractamus, cantici oraculo personae cuiusdam reditum in vitam praedici con-

e) actor. II. 31. f) Versiones arabica atque aethiopica e textu LXX. graec. translatae sunt, adeoque hic non in censum veniunt. In iis, quas *Origenes* exhibit.

translationibus graecis *Aquilae*, *Symmachi* atque *Theodorionis* incitum hoc cantici nostri deest. g) actor. II. 27—31. XIII. 35—37.

tendunt, cuius anima in mortuorum statu non permanfura, corpus autem corruptionis expers futurum fit, ita vt vtriusque commercium breui post mortem tempore restitatur. Colligunt ex his, Dauidem de seipso haec minus praedicare, quum corpus eius corruptionem viderit, neque in vitam sit reuocatum, adeoque vatem Christi resurrectionem diuinare. Facile hinc patet, vim probandi iustam in eo esse positam, quod vnus tantum personae in oraculo mentio facta sit, quae, Dauide excluso, non nisi Christus esse possit. Sed vacillaret hoc argumentum, si vocabulum מְסִירָךְ in plurium numero poneretur, neque Iudaei, doctiores saltem, id apostolis obiicere omisissent, si illud eorum aevo in codicibus ebraicis cum littera (י) pluralitatis nota deprehensum fuisset. Addimus his plurium, qui hodie supersunt, codicum manuscriptorum consensum, nomen excitatum in vnitatis numero absque (י) exhibentium. In quatuor se ita legisse testatur *Houbigantius*, qui tamen, cuius sint fidei, non animaduertit. De pluribus perhibet *BENIAM. KENNICOTVS*, qui primum septendecim nominat *h*), et postea ex vno atque triginta MSS. tum temporis collatis viginti septem et codices quidem, quos testatur, antiquiores ac praestantiores, vocabulum nostrum in vnitatis numero absque (י) exhibere, refert *i*). Accedunt his duo Berolinenses *k*), itemque *Casselanus l*), nec non tres *Erfurtenses m*), porro *Regiomontanus n*) et *Dresdensis o*). Qui quidem codices, dum receptam hanc esse lectionem restantur, pondus eidem aliis argumentis stabilitae addunt, praesertim si probata eorum fides cuiuslibet fuerit; quod et de prioribus textus ebraici editionibus ad praestantissimam *Msta* expressis valet, quarum prima hagiographorum Neapoli anno 1487. typis exscripta et post eam *biblia Gersoniana* Brixiae anno 1494. in lucem edita atque *Stephaniana* מְסִירָךְ in vnitatis numero exhibent.

Quibus praemissis ad ipsam oraculi expositionem progredimur, in quo quidem negotio ita versabimur, vt vocabulorum illud ingredientium potestate inuestigata, quae vera sit eius sententia, in lucem ponamus. Ad patrem suum caelestem Messiam et in altero hoc commatis enuntiato sermonem
 diri-

h) differat. prior. super ratione textus ebraici p. 488. *i*) dissert. posteriori p. 106. seq. p. 337. edit. *Telleri*. *k*) vid. *BENIAM. GVIL. DAN. SCHVLZII vollständ. Kvir. über die Ausgaben der ebr. Bibel* p. 3. *l*) vid. 10. GE. SCHIEDII obseruat. sacr. bigam p. 109. et 10. *CHRIST. FRID. SCHVL-*

ZII comment. in psalm. p. 64. *m*) vid. 10. *DAV. MICHAELIS* biblioth. oriental. part. I. p. 179. *n*) teste *THEOD. CHRIST. LILIENTHALIO* in comment. critic. de duobus codicibus *Mstis* p. 374. *o*) vid. *MICHAELIS* colleg. critic. in tres psalm. p. 636.

dirigere, non copula modo, qua cum priori connectitur, verum etiam orationis constitutio satis declarat, e qua et facile intelligitur, nomen חסיד illud esse, de quo, quae propositio exhibet, praedicantur. Sed verbi huius virtutem non omnes vna eademque ratione expediunt. Sunt enim complures, e quibus NICOL. FULLERVM *p*) atque SALOM. GLASSIVM *q*) nominasse sufficiat, qui animaduertentes, in nonnullis formae huius nominibus vim obtinere, quam dicunt, passiuam, cum illo vocabulo notari volunt, quem quis benignitate prosequitur, cuiusmodi hoc loco Messias patris sui caelestis respectu sit. Sed haud pauca sunt huius conditionis nomina, quae et actiue usurpari solent *r*), quod et in nostro locum inuenire, vel ex ea, qua de numine adhibetur, perpeffionis experte, ratione intelligitur. Perpendens haec IAC. GUSSETIVS *s*) duplici perhibet significatione nomen hoc in sacris obuium esse pandectis, modoque illum designare, qui dat, modo qui accipit beneficium, et in priori sensu de deo, in posteriori de hominibus sanctis praedicari. Plura vero occurrunt litterarum sacrarum dicta, in quibus tum de hominum erga deum studio *t*), tum de illorum benigno erga alios animo *u*) adhibetur. Propius ad veritatem accedere videtur R. D. KIMCHI, qui vim tamen vocis nimis coarctat scribens *x*): חסיד הוא מי שעושה טובה עם חברו לפנים השורה הדין ורווד עשה עם כמה בני אדם לפנים משורה הדין שהיו עושים עמו רעה והוא היה עושה עמם טובה כמו חסיד שחברו עושים עמו רעה והוא היה עושה עמם טובה כמו שכתובנו כשאלו *Chafid ille est, qui benefacit proximo suo antequam requireret ius. Ita David se gessit erga plures homines antequam requisivit ius, qui male cum eo egerunt, sed ille benefecit illis, quemadmodum deprehendimus Saulis exemplo.* Latius vocabuli significationem extendunt LXX. interpretes, qui illud, vt passim alibi, ita et in hoc cantici commate per ὄσιον exponunt, non ea vero huius potestate, qua probatis scriptoribus graecis τὸ ἱερόν opponitur atque profanum i. e. publicum notat, sed illa potius, qua de pio adhibetur et integro, qui animo erga alios propenso est, quandoquidem eodem hoc verbo ad nomina חסד et חסד exprimenda vtuntur *y*). Consentit fere cum his Chaldaeus hoc loco transferens זכאך atque Syrus, qui per

pium tuum exponit. Sed haec non sufficiunt ad genuinam vocis

p) miscellan. sacr. libr. I. c. VIII. *q*)
onomatol. Messiae prophet. p. 278. *r*) e.g.
חסיד foris עריץ validus פריץ violentus
חסיד spontaneus conf. 10. SIMONIS arcan.
formar. nom. ebr. linguae sect. II. c. IIII.
p. 106. seqq. *s*) comment. ling. ebr. p. m.

515. conf. et 10. MARCKII exercitatt. bibl.
p. 420. *r*) psalm. IIII. 4. coll. Hof. VI. 4.
ps. LXX XXVII. 10. *u*) psalm XII. 2.
XXXIII. 1. CXXXII. 10. *x*) commen-
tar. in psalm. IIII. 4. conf. eiusd. com-
ment. ad Ier. III. 12. *y*) prou. XXVIII.
10. II. 21. Amos V. 10. XX. 14.

vocis significationem enucleandam. Potior habenda est vsus scripturae ratio, quem loca exhibent *παράλληλα*. Quae quidem consulentes vocabulum, si in se spectetur, cum notare deprehendimus, qui studio eoque propenso in rem fertur cum aliqua indolis bonitate, quae actus infert huic studio conformes. Deo enim adscriptum hominum ratione eum designat studio adfectum et voluntate, his ex mera gratia et liberalitate ample beneficiendi *z*). De hominibus autem non respectu modo ad deum, verum etiam ad alios facto adhibetur, et priori quidem eos ab interno et vero animi studio, numen officii suis in religione sibi reddendi propitium *a*), posteriori vero a propensa animi voluntate alios iuuandi, commodis eorum inseruiendi iisque beneficiendi *b*) delineat, adeoque vtriusque posterioris huius significationis ratione illos designat, quos Latini *piorum* nomine insignire solent. Quum itaque hoc loco Messiae, vnico cantici subiecto, et in relatione quidem ad patrem illius caelestem tribuatur, quod et suffixum nomini additum comprobatur; pium eius erga illum animum indicare studiumque, eundem officii suis demerendi, facile colligitur simulque perspicitur ratio, qua de semetipso, qui loquens inducitur, hoc nomine vtatur, ad argumentum mouens petitioni subiungendum.

In coepto pergentes proposito venimus ad illud, quod partem enuntiati alteram ingreditur, vocabulum *חפצ* cuius in sensu rite constituendo potior hic habenda est ratio. Pro ea, quae communis est, nominis potestate foueam notare, non est quod longius probemus, quam potestatem dum vbiuis adeoque et in commate nostro obtinere interpretum plures persuasum habent, Messias autem post mortem sepulchro illatus fuit, varia id expedire ratione susceperunt, et audacissima quidem *IO. MORINVS*. Quum is enim id sibi datum crediderit, vt ad textus originalis auctoritatem labefactandam omnes intenderet ingenii vires; hoc quoque commatis nostri vocabulum corruptum esse nullus dubitauit scribens *c*): *si codices hebraeos a Rabbiniis interpolatos consulamus, vniuersus argumentationis apostolicae contextus dissoluetur. Ita enim legunt: non dabis sanctum tuum ad videndum foueam, quod non tantum nihil probat, sed certe falsum est. Vidit enim Christus foueam et sepulchrum, quum fuerit in monumento more Iudaeorum sepultus, sed corruptionem non sensit, quod*

z) Ier. III. 12. plalm. CXXXV. 17. XXXXIII. I. CXXXII. 16. *c*) in praefat. in
a) plalm. XXX. 5. XXXI. 24. LXXXVI. 12. ver. testam. LXX. interpr. edit. Lutet. 1628.
 LXXXVII. 10. CXVI. 15. CXXXVIII. I. conf. et MENTHELI thesaur. theologico-
 prou. II. 8. 1 Sam. II. 9. *b*) plalm. XII. 2. philolog. tom. I. p. 6-7.

quod apostoli pro viribus monstrare contendunt. Depravatio facta est litterae
 ה formatiuae litura, aliaque consequenter punctorum additione. Scilicet in
 ea est opinione Morinus, vocem hanc Iudaeorum fraude esse corruptam
 cum in finem, vt Christianorum euerteretur argumentum, quo de Messia
 canticum hoc Dauidis agere probant, quod lectione hodie vsitata non rite
 procederet, quandoquidem Christus humatus viderit foueam, nequaquam cor-
 ruptionem, adeoque pro שחת positum esse שחה a radice שח ex eius sententia
 deducendum. Sed sine iusta certe causa haec textus corruptio adseritur, quum
 omne hoc ratiocinium vocabuli modo virtute non rite intellecta, nequaquam
 criticis nitatur rationibus iisque certis et sat exploratis. Concedimus quidem
 foueae notionem voci alias esse subiungendam, sed si hanc notat, eam,
 quod scripturae docent exempla, semper designat ad perditionem compara-
 tam, vt vel hac ratione rei suae consulere potuisset Morinus. In diuersum
 autem hic abit cel. GVIL. ABR. TELLERVS d), qui vsitam quidem textus
 lectionem genuinam agnoscit, sed nomini שחה foueae virtutem vbiuis et in
 nostro quoque loco competere, penitus persuasum habet, vel ea ratione du-
 ctus, quod corruptio vbiq; Ebraeis שחה et שחה ipse corruptionis locus
 fit, loquendi vero formula non videre שחה idem sit, atque perpetuo viuere,
 quandoquidem psalm XXXXVIII. IO. videre שחה opponatur prioris membri
 perpetuitati vitae et quod antea dicatur perpetuo viuere, postea declaretur
 per non videre שחה vt adeo, Christum non in morte esse mansurum, sed
 ad vitam reuocatum iri perpetuam, cantici nostri auctor perhiberet. At
 enim vero haec non eius sunt ponderis, vt nos ad adfensum pertrahant. Si
 vel maxime enim indicata prioris nominis semel modo iterumque occurren-
 tis e) significatio euicta sit, eandem tamen alteri שחה non denegandam
 esse, vel illud Dauidis dictum comprobat, quo hostibus exitium denuntians
 deum alloquitur f): לחיים לבאר שחה. Nomine enim באר maius quid atque profundius notari, quam addito שחה
 significatur, si hoc quidem foueae vel fossae nomen esset, facile liquet.
 Quodsi haec itaque vocabulorum coniunctio rite se habeat; posterius id in-
 dicit necesse est, quod in priori non continetur, idque, si textum consulas, cor-
 ruptio est. Sed neque psalmi XXXXVIII. IO. effatum hanc nominis שחה
 potestatem efflagitat. Si enim commatis huius membrum posterius priori ad
 eius declarationem subiunctum esset; posterior haec oratio illa priori magis
 clara esse deberet atque perspicua, quod certe non obtinet, quum senten-
 tia

d) in praeteritis in quatuor hymnos dauidicos p. 23. seq.
 nit. XXII. 25. f) ps. LV. 24.

e) Ies. LII. 14. coll. le-

tia *perpetuo vivere* planior sit illa, non *videre foueam*. Rem accuratius pensitantes orationis, quam dicunt, gradationem deprehendimus. Vanitatem enim opulentiae, qua impii nituntur, expositorum cantici auctor ex ea deducit illam ratione, quod diuitiae efficere non possint, vt perpetuo viuat homo et ne id quidem, vt post mortem *corruptionis* expertus sit, quam nominis פרוצ virtutem et etymologia, qua a verbo פרוצ deducitur, confirmat. Eam autem in nostro commate obtinere, varia nos docent. Altera enim, qua foueam vocabulum notat, expositio sententiam parit minus commodam. Vidit redemptor istam in sepulchro conditus. Si foueae nomine pro ea, quae impropria sit verbi significatio damnatorum locus intelligatur, vt Christus adeo deprecetur, ne infernum videat, minus apta foret eius victoris oratio, quum nihil ei infernum ingredienti fuisset periculi: neque visitata haec est nominis potestas. De vitate autem perpetuitate hanc loquendi formulam פרוצ חיות לך exponere, textus συναφή non satis conuenit, quandoquidem in commate proxime sequenti eandem, qui loquens inducitur, Messias enarrat. Quum itaque praeter eam, qua foueam designat, non nisi corruptionis significatio nomini adaptari possit, si etymi et vsus loquendi rationem habeamus; hanc ipsam in nostro inciso locum habere, colligimus. Satis quoque textui illa est congrua, siquidem redemptor, suum post sepulturam ad vitam reditum memorans, in priori commatis membro, quae ante illum fuerit animae, in altero, quae corporis sui fuerit conditio, exponit, illius, quod in statu mortuorum, huius, quod corruptionis expertus exstiterit. Consentiant LXX. interp. atque versio *vulgata* per διαφθοράν corruptionem transferentes, quod graecum verbum, vel *Suida* teste, θάνατον et διάλυσιν τῆ συνθέτης σώματος notat, quam nominis virtutem Petrum quoque et Paulum statuisse, docet eorum, quo Christi ad vitam revocationem probant, argumentum g). Sed quaenam haec corruptio? Negatur illa de exanimato Christi corpore secure in sepulchro re- quiescente. Quae humato vero accidit, non nisi intima partium eius fluidarum et solidarum solutione adeoque putredine absoluitur. De hac itaque hoc loco sermonem esse, non est, quod dubitemus. Eius autem visionis verbo פרוצ denotatae quae sit ratio, disquirendum est. Pro ea, quae prima et princeps est, vocabuli virtute de corpore exsanguine nequaquam adhiberi, per se patet. Alia itaque inuestiganda est. Verba visus haud raro Ebraeis idem notare, atque sentire s. experiri vel etiam frui, eademque et rebus, quibus sensus fingendo tribuitur, inanimis tribui, plura docent exempla

g) Gen. II, 27. 31. XIII, 34. 35.

empla h), metaphora, quam dicunt, synechdochica a visu ad sensum in genere et experientiam translata, vt adeo, cui putredo obtingit, corpus exanimatum eandem videre dicatur; quam de sepulto suo negat redemptor verbis *לֹא תָתִין* quorum illud permissionem notare, non est, quod longius probemus, quum vsus loquendi satis comprobet i), neque textui conueniens alia verbi potestas deo tribui possit. Patrem itaque alloquens Messias, firmissima fultus fiducia, eundem non permissurum esse profitetur, vt corpus suum tumulo contestum corruptioni obnoxium sit. Quum autem omnis adeoque et inchoata de Christi corpore corruptio negetur, quam quidem vel posteriorem homines cogitare potuissent, si diutius in morte mansisset, se breui post mortem tempore ad vitam rediturum esse, eo ipso seruator generis humani adseuerat. Apte hac ratione cohaeret oratio. Postquam is enim in priori commatis membro animum suum in mortuorum statu non relinquendum esse exposuit, in hoc altero, ad illius confirmationem subiuncto, breui post obitum et sepulturam suam insequenturam esse *אַדְוָסָאֵן* declarat. Quae quum ita sint, an consummata corpori Christi mortuo accidere potuisset corruptio, disquiri solet, licet res haec non magni sit momenti, quum non existerit. Sunt tamen vel recentiorum interpretum nonnulli, qui, vt communem theologorum nostrorum id pernegantium subuertant sententiam, omnem mouent lapidem, iis ducti rationibus, quod corporis Christi eadem sit ratio atque reliquorum, quae exanimata temporis successu penitus corrumpantur, quodque in textu nostro eam modo ob causam redemptoris corpus a corruptione liberum perhibeatur, vt ostendatur, breui post mortem tempore ad vitam esse reuocandum, e quo adpareat, putredinem ei accidisse, si diutius mansisset eius corpus exanime. Sed haec certe argumenta rem non conficiunt. Si vel maxime enim valeat posterius, ab eo tamen, quod inchoata corruptio ad certum vsque tempus corpori denegatur, sequiori consummatam eadem competere, non rite colligitur, quum suppositio sit plane diuersa. Demus hoc, ex eo, quod corpus suum ne minimam quidem experiatur putredinem, Messiam in hoc Dauidis cantico suam docere resurrectionem breui post mortem futuram: quis inde inferat, hoc ipsum corpus consummatae obnoxium fuisse corruptioni? quum illa potuisset vel partium, quas dicunt, accidentalium esse, separatis iis, quae corporis essentiam constituunt. At neque prius ratiocinium rite

B 2

con-

b) Ier. XVII. 8. exod. XX. 15. psalm IIII. 7. XXVII. 13. XXXIII. 13. cohel. VI. 6. Ies. XXXIII. 16. thren. III. 1. conf. et Luc. II. 26. Io. VIII. 51. i) gen. XX. 6. XXXI. 7. psalm. LV. 23. LXVI. 9. cact.

conclusum est, quum corporis Christi alia plane sit ratio atque nudorum hominum, quod vel ex vnione in redemptore personali patet. Quodsi enim illi consummata accidisset corruptio, ita in cineres solutum fuisset, vt non amplius esset Christi corpus, sublata eius forma eaque essentiali. Sed vnitorum vno destructo, ipsa tollatur vnio necesse est. Diremta fuisset hac ratione, quae inter diuinam et humanam Christi naturam intercedit, vnio personalis. Sed haec, postquam facta fuit, nunquam cessare potuit, quandoquidem Christus Θεάνθρωπος sacerdos, itaque deus cum humana natura vnitus manet in sempiternum tempus *h*), adeoque consummata in corpore eius corruptio locum inuenire non potuit.

Quos numinis gratia, CIVES, festos iam peragimus dies, ii redemptoris nostri restitutionem in vitam pia recolendam mente in memoriam Vobis reuocant. Quo ampliorem haec Christi e mortuis resurrectio fidem confirmandi praebet materiam, quandoquidem absque illa spes in salute nostra posita vana foret atque irrita; eo sanctiorem tempus hoc sacrum numinis supremi Θεανθρώπου nostri requirit cultum. Subiit is quidem nostrum caussa mortem, vt deum nobis redderet propitium, sed rediit quoque ex illa, immo seipsum reduxit, vt argumentum hoc sit clarissimum, sponso-rem eum patris caelestis, iustissimi iudicis, voluntati de redimendo genere humano ex asse satisfecisse. Quantum hoc immensi sui erga nos amoris documentum! Sedulo haec perpendite, CIVES, et omnes vestras ad id conferte cogitationes, vt summa erga eum pietate ducti fidem vestram atque fiduciam in illo collocatam sancta vitae ad voluntatem eius compositae ratione declaretis. Quae vt ex voto peragantur, haud parum intererit, eos, qui diuina de seruatore nostro et eius ad vitam reditu in aedibus sacris hoc tempore proponunt oracula, studiose audire et grati insimul animi officia rite tueri. P. P. primo festo die paschatis a. r. f. CIΘC CCLXXV.

h) psalm. CX. 4. coll. Ebr. VII. 4.



Fd 3784

ULB Halle 3
002 164 590




TA-OL

V317

MW







73.
RISTVS
IONE IN MORTE
HAC DEVICTA
VM VIVENS

TATIO ALTERA
AD
PASCHATIS
ELEBRANDA
IN
IA IENENSI
OPOSITA



E N A E
S MAVKIANIS.

